



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

260. Moyses & Elias inTra[n]sfiguratione Christi loquuntur de ejus  
Passione.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

D. N. IESU CHRISTI. 241

est Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis.  
*Ioan. 12. v. 35. & 36.*

## MEDITATIO CCLIX.

*Christus Passionem suam predicens increpatur à Petro: sed hic à Domino Satanas appellatur.*

I. **C**oepit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Ierosolymam, & multa pati à senioribus, & Scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertiâ die resurgere. *Matth. 16. v. 21.* Et palàm verbum loquebatur. *Marc. 8. v. 32.*

II. Et assumens eum Petrus, coepit increpare illum, dicens: Absit à te, Domine: non erit tibi hoc. *Matth. 16. v. 22. Marc. 8. v. 32.*

III. Qui conversus, & videns discipulos suos, comminatus est Petro, dicens: *Marc. 8. v. 33.* Vade post me, Satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum. *Matth. 16. v. 23. Marc. 8. v. 33.*

## MEDITATIO CCLX.

*Moyse & Elias in Transfiguratione Christi loquuntur de ejus Passione.*

L

L. Ecce

**E**cce duo viri loquebantur cum IESU.  
Erant autem Moyses & Elias, visi in  
majestate. *Luc. 9. v. 30. & 31.*

II. Et dicebant excessum ejus, quem  
completurus erat in Ierusalem. *Luc. 9.  
Vers. 31.*

III. Descendentibus illis (*Petro, Jacobo  
& Ioanne*) de monte, præcepit illis, ne cui-  
quam, quæ vidissent, narrarent: nisi cum fi-  
lius hominis à mortuis resurrexerit. Et ver-  
bum continuerunt apud se, conquirentes,  
quid esset; Cùm à mortuis resurrexerit.  
*Marc. 9. v. 8. & 9.*

## MEDITATIO CCLXI.

*Ultima Christi passuri profectio  
Hierosolymam.*

**E**Rant autem in via ascendentes Hiero-  
solymam: & præcedebat illos IESUS,  
stupebant: & sequentes timebant. Et assu-  
mens iterum duodecim, cœpit illis dicere,  
quæ essent ei eventura. *Marc. 10. v. 32.*

II. Et ascendens Iesus Hierosolymam,  
assumpsit duodecim discipulos secreto, & ait  
illis: Ecce ascendimus Hierosolymam, &  
Filius hominis traderur principibus sacer-  
dotum, & Scribis. *Matth. 20. v. 17. & 18.*

& se-